



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

8 De confessione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

ORDINIS SAC.

De quarto Torquent, hunc locum hæreticè
nam etiam si omnes sumus vnum
corpus in Christo, quomodo tã stu-
pide infert, ergo omnes sumus ma-
nus, aut omnes sumus pedes, quum
etiam in ipsis mēbris sit differētia?
quare cū vnitāte corporis stat mem-
brorum differentia?

De quinto. Fatemur omnes Christianos etiā
Laicos posse offerre oblationes spi-
ritales, & ita posse esse sacerdotes
mysticos, erigentes in se altare affe-
ctus in deum, sed non est consecra-
rium, propterea eos esse sacerdotes
externos, hierarchicos.

DE CONFESSIO- ne VIII.

Confessionem esse necessariā
pro sacramēto penitentię, ip-
samq; iure diuino præceptā.

Mal. 16 Christus dixit Petro: Tibi dabo
claves regni cœlorum, & quodcun-
que ligaueris super terram, erit li-
gatū in cœlis, & quodcunque solue-
ris

ris super terram erit solutum & in
 cœlis. Hę autem clauē sunt duę, sci-
 entię scilicet & potestatis. Clauis sci-
 entię est facultas discernendi inter
 læpram & læprā. Item inter læpram
 & nō læpram, id est inter peccatum
 & peccatum, & inter peccatū & nō
 peccatum. Clauis vero potestatis
 est facultas soluendi & ligādi. Nam
 post causę cognitionem in foro iu-
 dicij pœnitentialis inter confessorē
 & confitentem, quod fit per clauem
 scientię, restat sententiam in nego-
 tio, ferre, quod est soluere vel liga-
 re, & hoc fit per clauē potestatis. Ne-
 gare igitur confessionem esse prece-
 ptam à Christo, est negare potestātē
 clauium traditam Christo, quod est
 manifeste contra Christi Euangeli-
 um. Quęcunq; alligaueritis super **Ioan. 20**
 terrā, erunt ligata & in cœlo, & quę-
 cunq; solueritis super terram, erunt
 soluta & in cœlo. Insufflauit in eos
 dicēs: Accipite spiritū sanctū: quo-
 rum

DE CONFESSIONE.

rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

Gemina potestas absoluendi & remittendi, qua vti deberet, nesciret sacerdos, nisi detegeret ei crimina. Ideo præmisit, accipite spiritum sanctum, ac si dixisset, directione spiritus sancti confitenti peccata soluat, aut retineatis.

Iaco. 5
Hu. de san
cto vi. li. 2.
de sacra-
mento.

Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Hic Iacobus vt dei prece, annunciauit hominibus præceptum dei de confitendis peccatis, & intelligitur cum præcisione.

Mat. 3.

Habetur insuper præfigurata confessio, & facta Apostolis. Homines baptizabantur à Ioâne in Iordane, confitentes peccata sua.

Act. 19.

Multi credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus suos.

Eccle. 5

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super

super peccatum.

Et quod hæc plane accipiatur de
cōfessione liquet, quia praxis eccle-
się optime interpretatur scripturas.

Si confiteamur peccata nostra, fi-
delis est & iustus, vt remittat nobis
peccata nostra, & emundet nos ab
omni iniquitate. 1. Ioan. 3

Qui abscondit scelera sua, non di-
rigetur, qui autem ea confessus fue-
rit, misericordiam consequetur. Pro. 18

Dionysius ad Demophilum incre-
pat eum, quod peccatorē prociden-
tem sacerdoti, cōtra disciplinæ ordi-
nem astans abiecerit, quum ille ve-
recunde fateretur se ad peccatorum
remedia quærenda venisse. In episto

Origenes: Tantummodo circun-
spice diligentius cui debes confiteri Super Psal 37
peccatum tuum, proba prius medi-
cum, cui debeas causam languoris
exponere, qui sciat infirmari cū in-
firmante, & cætera: vt ita demum, si
quid ille dixerit, si quid consilii de-
derit

DE CONFESIONE.

derit, facias & sequaris. Si præuide-
rit talem esse languorē tuum, qui in
conuentu totius ecclesię exponi de-
beat & curari, ex quo fortassis & cæ-
teri ædificari poterunt, & tu ipse fa-
cile sanari, multa hoc de liberatio-
ne, & satis perito medici illius confi-
lio procurandum est. Hæc omnia au-
ricularum probant confessionem.

Basiliius de institutione monacho-
rum, necessarium videtur ijs quibus
dispensatio mysteriorum committi-
tur, confitenda esse peccata.

Diuus Hieronymus aduersus Mō-
tanum hæreticum scribens, testatur
hanc Montanorum impiã fuisse hæ-
resim, vt erubescant coram sacerdo-
te confiteri peccata admissa. Idem
Hier. capite decimo super ecclesia-
sticum, inquit, Si cui serpens diabo-
lus genuinũ dentem (vt prouerbio
fertur) infixerit, & nullo cōscio, ho-
minem malo peccati veneno infece-
rit, si ille silētio præterierit, qui mor-
talĩ

tali vulnere à serpente venefico ictus
& non egerit pœnitentiam, nec vul-
nus suum fratri & magistro volue-
rit confiteri, magister qui linguam
habet ad curandum, facile ei prodes-
se non poterit. Si enim erubescat e-
grotus vulnus medico confiteri, quod
ignorat, medicina non curat.

Cyrillus super Leuit. scribens se-
ptem gradus remissionum, inter re-
liqua verba sic ait: Est adhuc in se-
ptima licet dura & laboriosa per pœ-
nitentiam remissio peccatorum, cum
lauat peccator lachrymis stratum su-
um, & fiunt ei lachrymæ suæ panes
die ac nocte, quum non erubescit sa-
cerdoti domini indicare peccatum
& quærere medicinam, secundum
eum qui ait, Dixi pronuntiabo ad-
uersum me iniustitiam meam, & tu
remisisti impietatem peccati mei. In
quo impletur illud quod Iacobus
Apost. ait: Si quis infirmetur in vo-
bis, vocet presbyteros ecclesie, &c.

In

DE CONFESIONE.

Mat. 8

In huius rei figuram Christus leproso mundato dixit: Vade ostende te sacerdoti: & offer munus quod precepit Moyses: simile precepit decem leprosis, Lazaro suscitato dixit: Soluite eum & finite abire. Vide libro secundo de poenit.

Luc. 17

¶ Obijciunt hæretici.

1 Ioannis, 2 cor. nihil præcipitur de confessione, sed solū sacerdotibus; ut absoluant.

2 Iacobi quinto loquitur de confessione fraterna, nam nō dicit confite mini sacerdoti, sed alterutrum.

3 Adulteræ non dixit: Vade & confitere sacerdoti, sed vade noli amplius peccare, ita de Magdalena.

4 Ambrosius inquit, Petri lachrymas lego, confessionem non lego.

5 In tripartita historia traditur abrogatam confessionem sub Nestario Constantinopolitano.

¶ Respondent Catholici.

De primo

Cum Ioan. 20. maxima illa potestas

DE CONFESIONE. 67

itas noscatur sacerdotibus tradita, magisterio spiritus sancti didicit ecclesia vsum illius potestatis ab ipsis apostolis, & vt Bernar. inquit, sufficebat ostendere infirmo medicū, qui si vult sanus fieri, inquireret eū.

Verum est sanctum Iacobum non cum præcisione determinasse, cui sit confitendū, quia iā Christus expresserat absoluentes peccatores, ideo sufficebat Iacobo exprimere illud quod erat necessarium ad absolutionem, scilicet confessionem, nō speciatiim indicans iudicem.

Nondum erat potestas illa absol- uendi in ecclesia, ideo cū confessio nō esset instituta, adultera & Magdalena, ad confessionē nō tenebantur. Porro ea quę fiebāt speciali priuilegio, nō sunt trahenda in consequentiam, per communionem theoreticam.

Similiter respondetur, licet argu- mentum non legitur etiam à pue-
ris

l. ris

ris rideatur.

Loquitur de cōfessione pœnitentiæ solennis, non priuata peccatorū confessione. Vide latius de confessione librum nostrum.

DE SATISFA-
ctione IX.

¶ Primum axioma.

DImissa culpa per contritionē & absolutionē, pœnitēs satisfacere debet pro pœna. Adā procul dubio pœnituit post culpam, neq; tamen ilico à pœna sibi à deo cōminata: In quacūq; die comederis ex eo, morte morieris, solutus est: Imo post trāsgressum diuinū pœceptum, vltra comminatam mortis pœnam alias superaddidit deus, dicens Adē: Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo pœceperam tibi, ne comederes: Maledicta terra in opere tuo: In laboribus comedes ex ea cunctis dieb. vitę tuę. Spinas & tribulos germinabit

Gen. 2

Gen. 3